

AD BIBLIOGRAPHIAM MONASTERIORUM EX HUNGARIA :—: :—:

Post Hugonis grandissimum opus duo saecula transierunt, quo tamen tempore nec unicum opus universalem historiam Ordinis Praemonstratensium respiciens in lucem prodiit. Quapropter magno cum gaudio et expectatione animi pendens in manum sumpsi Repertorium Waefelghemii, quod exaratum ad usum quotidianum comprehendit fontes et manuscriptos, porro libros liturgicos et quod constituit fructum vigintiquinque annorum ex parte auctoris laboriose peractorum.

Fini proposito adhaerens auctor cuiuscumque monasterii situm, diocesim, circariam, fundatorem et annum erectionis, necnon — si ullo modo fieri potest — filiationem quoque, demum — si locum habet — annum, quo monasterium extinctum erat, enumerat. Sic fata 730 monasteriorum ostendit, insuper tribus appendicibus publicat

- 1) catalogum authenticum, qui circa annum 1320 conscriptum est,
- 2) chronologiam monasteriorum fundatorum,
- 3) seriem monumentorum quae exstant liturgicorum praesertim manuscriptorum.

Exactum opus cupit praebere, sed ipse fatetur « Je n'ai pu contrôler l'exactitude de certaines références, plusieurs ouvrages étant demeurés introuvables », minimeque dubitat; quin asserta in II. appendice edicta propter publicationes posthac edendas «*fatalement*» corrigenda appareant.

Non est meum recensere et investigare totum opus, eo minus, quod apparatus bibliographicus mihi desit, solummodo quoad circariam Hungaricam velim aliquas annotationes afferre, quae — opinione auctoris celerius — patefacient errata in appendice II. commissa

- 1) Ante omnia reprehensibilis est modus scribendi nomina monasteriorum Hungaricorum. Quae est causa exigens scribendi illa modo hungarice, modo latine, immo quam plurime etiam gallice, illaque sic inserendi catalogo alphabetico? Vix credere possim usum hoc postulasse.
- 2) Diligentior cura adhiberi oportuisset scribendis nominibus geographicis, qua supposita non possent reperiri menda ut
 Zalad (n. 450 et 667) recte Zala,
 Vács (n. 173, 223, 292, 295, 336, 422) recte Vác,
 Zagira (n. 295) recte Zagyva,
 Lac Neufeld (n. 153) recte Lac Neusiedl (hungarice Fertő),

Stuhlweissenberg (n. 12) recte Stuhlweissenburg (hungarice : Székesfehérvár),
 Sarvig (n. 12) recte Sárviz,
 Abaiyvár (n. 296, 538) recte Abaujvár,
 Beranii (n. 278) recte Baranya.

3) Definitiones situs geographici quam maxime incertae sunt. Secundum auctorem :

« Ile des Lièvres (Insula leporum). Situé au dioc. de Veszprem, sur le Danube, a Budapest, près du lac Balaton (Panonie). (n. 275). Quod « près » vult dicere non minus quam 100 kilometra versus regionem inter occasum et meridiem a Budapest.

« Gajdel (Gedir ou Geidel). Situé au dioc. de Kalocsa, dans le comté de Bács, près du hameau de Gajdobra (Hongrie). (n. 208). « Forte haec duo loca itidem loo kilometra distant, nunc tamen varietatis gratia versus meridiem.

« Saint-Nicolas de Chucas (Cuckins, Kökenyes, Kuxenis, S. Nicolas de Chuchnis) actuell. Csukás. Situé au dioc. de Vács, dans l'île de S.-André, sur le Danube, au village de Monostor, près de Budapest, en Hongrie ». (534). Mirum, quod ipse auctor alludit ad publicationem, secundum quam temporibus nostris locus iste Kökenyes appellatur, mappa vero geographica consulta facile perspicere potuisset monasterium situm esse quidem in Comitatu Nógrádiensi, sed nequaquam in insula Danubii.

« Schlangenmund (Schlanchemund). Situé au dioc. d'Agram, dans la Croatie (Autriche) (n. 614) ». Decuisset scire auctorem, quod diocesis Zagradiensis partem, quae Dravam inter et Savam jacet, usque ad ineuns saeculum XVIII. passim Slavoniam appellaverant, solommodo saeculis ultimis introducta est denominatio « Croatiae » ; Croatia vero tantum per brevissimum spatium, id est ab anno 1848 usque ad annum 1867 fuit provincia Austriae, cum per integra octo saecula partem integram Hungariae constituisset.

« Horpacs (Horpatz, Horpaz). Situé au dioc. de Raab-Györ, près de la ville de Raab, dans le comté d'Oedenburg, en Hongrie ». (n. 267). Revera sita est in comitatu Soproniensi, sed circiter loo kilometra distat a Györ (Raab, Jaurinum).

4) Acceptum est, denominationes geographicas linguae regionis convenienter citare. Qua de causa in casu nostro forma Hungarica nominum fuisset afferenda, sed nec forma latina est

repudienda, cum haec fuisset lingua diplomatum durantibus saeculis, quorundam locorum denominationes germanicae quoque possent approbari, sed nulla erat ratio quaedam nomina gallice exprimere, alia non, etsi possint eadem facilitate gallice reproduci (uti Jánoshida, Mórighida). Non est minimi momenti, quod perplurimi errores commissi sint in accentuatione nominum Hungariorum.

- 5) Modus citandi bibliographiam est manca et insufficiens, sic :
 (n. 153) «Laky, A csornai prémonstrei. 1892». Sub hoc titulo opus citatum nunquam inveniri poterit, habet enim titulum : A csornai prémontrei prépostság története.
 (n. 336). Kumorowitz : A Leleszi konvent hiteleshelyi működése 1569-ig, — Budapest, 340 pag. — 1925/26. Ex hoc citandi modo sequitur opus editum esse in forma libri. Mihi solummodo ex periodico Turul notum est, in quo anno 1928. pp. 1-39. publicatum erat. Succinte divulgatum est per *Analecta Praem.* 1930. VI. 168-183.
- 6) Bis citatur *Monasteriologia Fuxhofferii* latine conscripta. Videtur hic auctor alios sequi, quin ipse prae manibus habuerit opus citatum, nam *monasteriologia* ista comprehendit omnes abbatias Hungaricas, quapropter apud omnes citari debet.
 Appellat insuper auctor etiam ad archiva, sed cui prodest, si fit appellatio in forma generali « *Archives diverses* ». (n. 153, 296 etc.).
- 7) Locum dat etiam derivationibus etymologicis in lingua, quam non novit. Nec mirum, si proceditur ad falsas conclusiones, ut
 (n. 726) « Je serais porté a identifier Zegedinum avec Szigeth (Ile St. Lazare) ; Nyulsziget-Szegd ? »
 (n. 450) « Je suis porté a croire que Raducium et Rayck doivent être identifiés ».
- 8) Enumerat abbatias, quae nunquam exstiterant, tantum « calamo velociter scribentis » debent existentiam, sic : Aiska, Ocra, Thimerócz, Zardua etc.
- 9) Nomine abbatiarum veniunt monasteria, revera existentia, quae capitula collegiata fuerunt, sicut Haj, Hanta, vel fuerunt alterius Ordinis, sicut Landeck, Horpács.
- 10) Ad augendum numerum monasteriorum primitus fundatorum 18 monasteria Hungarica ante annum 1171 fundata proponit, cum ex dissertatione etiam ab ipso citata scire debuerit, praeposituram antiquissimam Hungaricam non ante annum 1171 fundatam fuisse. Quae 18 monasteria in appendice II. inter

St. Etienne et Zarn allata non nisi in errorem ducunt lectorem benevolum. Auctor ipse in parte historica nullam facit mentionem, singula monasteria quo anno fundata sint, in II. appendice vero cuiuscunque monasterii annum foundationis, nescio, qua auctoritate niscus certissime firmat.

Ergo nulla est ratio historiam singulorum monasteriorum emendandi, potius inter fines ab auctore datos proposui historiam illorum, eodem ordine alphabetico, numerationem ipsius respiciens.

Demum fateri cogor me ne ulla quidem mentione attigisse filiationem ab auctore propositam. Cuius rei propter penuriam documentorum impos sum. Fundamento vero documentorum carente in labyrintho coniecturarum errare nolui.

4) Adonymonostor (Nyíradony).

Praepositura sita est in dioec. de Eger, in comitatu de Szabolcs. Fundata est saec. XIII. in hon. B. M. V.

Jus patronatus habebat saec. XIV. perillustris familia Báthory.

Bunyitay Vince : A váradi püspökség története. III. 180.

Fuxhoffer-Czinár : Monasteriologia. II. 3.

Ortvay Tivadar : Magyarország egyházi földleirása a XIV. század elején. Bp. 1892. II. 802.

Rupp Jakab : Magyarország helyrajzi története. Pest. 1870. III. 138.

A magyarországi apáti és préposti cimek oklevelek alapján kijavított jegyzéke. (Manuscript. 1922).

6) Ahirlos.

Praepositura nunquam existens. Vide n. 667.

7) Aicska.

Recte Ocsa. Vide 422. Catalogus episc.

9) Albei.

Praepositura nunquam existerat.

Catalogus episc.

12) Almásmonostor.

« In territorio occidentali comitatus Kolozs, iuxta ripam Almás, ubi nunc Nagymás, in dioec. de Várad (nunc temporis in dioec. de Gyulafehérvár) monasterium Ord. S. Benedicti fundatum est ».

Hoc monasterium saec. XIII., ante annum 1238. ad breve tempus traditum est canonicis Ord. Praem.

Bunyitay : II. 350.

Fuxhoffer-Czinár : II. 6.

Sörös Pongrácz : Az elenyészett bencés apátságok. 450.

Bp. 1912.

Theiner : Monumenta hist. Hung. sacram illustrantia. Roma. 1859-60. II. 161.

23) Aszód.

Nunquam existebat.

Catal. episc.

43) Bény.

Praepositura B.M.V. in comitatu diocesique de Esztergom fundata erat ante annum 1217 per Amadé, de genere Hont-Pázmány. Viguit usque ad initium saec. XVI. Anno 1445 filia praepositurae de Ság dicitur.

Fuxhoffer-Czinár : II. 6.

Rupp : I. 126.

Balics Lajos : A római kath. egyház története Magyarországon. Bp. 1885-90. II. 2. 259.

Ortvay : II. 780.

Történelmi Tár. 1911. 505.

80) Bozók.

« In comitatu de Hont, non procul a civitate Korpona, Lampert de genere Hont-Pázmány, qui in diplomatibus inter a. 1090-1132. memoratur, monasterium Ord. S. Benedicti fundavit in Bozók in hon. S. Stephani regis inter annum 1124-1131 ». Medio saeculo XIII. post devastationem Hungariae per Tartaros, omnino ante a. 1262 possidebant monasterium Praemonstratenses u. a. initium saec. XVI.

Sörös P. : Az elenyészett bencés apátságok. 182-83.

Fuxhoffer-Czinár : II. 7.

Rupp : I. 128.

Balics L. : II. 2. 260.

Ortvay : II. 784-85.

Turchányi Tihamér : Magyarországi monostorok. 31.

Szentpétery : Regesta Regum Stirpis Arpadianae. I. 1295.

Hóman B. : Magyar Történet. I. 393. false supponit, tempore Belae III. regis in Bozók Praemonstratenses incoluisse.

120) Chemi.

Procul dubio, nomen corruptum.

121) Csöpöfő.

Recte Kaposfő, vide 306.

124) Csut.

Monasterium in hon. S. Eustachii per Béla IV. regem Hungariae fundatum, situm est in comitatu Fejér, in diœc. prioribus temporibus de Veszprém, a saec. XVIII. de Székesfejérvár. Anno 1475 Mathias, rex Hungariae donavit Paulinis. Anno 1295 praepositus de Turócz paterabbas memoratur. Saec. XIV. in monasterio 15 canonicos vixisse, legitur.

Loco monasterii auctores dissentiunt :

- 1) Ortway : II. 791. quaerit in comitatu Pest,
- 2) Károly : Fejér vm. története. III. 94. monasterium in comitatu Fejér, in pago Alcsut exstitisse probat,
- 3) Rupp : I. 135. in insula Csallóköz,
- 4) Pauler Gy : II. 245. in insula Danubii, prope civitatem Esztergom, hodie Ebszorító nominata,
- 5) Timár Kálmán: Premontrei kódexek. Kalocsa. 1924. 19-20. in comitatu Győr, in vico Tét eum inventum esse scribit.
- 6) Karácsonyi J. : Religio. 1913. 636-638 et
- 7) Catalogus Episc. : in comitatu Fejér insulam Danubii et monasterium Csut inventum esse putat.
- 8) Fuxhoffer-Czinár : II. 14.
- 9) Balics : II. 2. 262.

Breviarium a. 1453-55 scriptum, pro Thoma, presb., (in Budapest, Bibl. Universitatis, Cod. lat. saec. XV. no. 67).

146) Copissa.

Nunquam monasterium huius nominis exstitisse dicit : Catalog. episc.

148) Cothavan. Recte Hatvan. Vide : n. 268.

153) Csorna.

Monasterium S. Michaelis in comitatu Sopron, in diœc. Győr, per comitem Osl initio saec. XIII. fundatum viguit u. a. annum 1542. Per dignitarios ecclesiasticos possidetur usque ad annum 1702, deinde per abbates in Pernegg et Hradisch u. a. abolitionem Ordinis a. 1786. Praepositura per Franciscum I. regem restituta unitaque exstitit cum Horpács-Jánoshida-Türje.

Matics Döme : A csornai prémontrei prépostság törté-

nete. 1180-1526. (Keszthely, 1912. a keszthelyi főgimn. 1911-12. Ertesítőjében).

Fuxhoffer-Czinár : II. 10-12.

Rupp : I. 459.

Balics : II. 2. 260-262.

Ortvay : II. 798.

154) Csudány.

Nunquam existens monasterium.

Catal. episc.

162) Darnó.

In comitatu Zemplén, olim in diœc. de Eger, nunc de Kassa. Monasterium saec. XIII. post desolationem Hungariae per Tartaros ortum floruit adhuc labente saec. XV.

Fuxhoffer-Czinár : II. 15.

Rupp : II. 277.

A váczí egyházmegye történeti névtára. I. 83. Vác. 1915.

Catal. episc.

Dénesmonostor.

Hanc praeposituram, per genus Becse-Gergely in hon. S. Spiritus iam a. 1199 habitam, ad ordinem Praemonstratensem pertinere dicit Catal. episc. et Bunyitay : A váradi püspökség története II. 412-415. Sita erat in comitatu Zaránd, in diœc. Csanád.

Anno 1390 « Monasterium S. Spiritus de Dienesmonostra . . . ord. S. Augustini . . . nominatur. (Monumenta Vaticana. I. 3. 67).

Juhász K. : Die Stifte der Tschanader Diöcese im Mittelalter. 159 (Münster in Westfalen).

Ortvay : II. 771.

173) Dornaw.

Probabiliter idem ac Darnó. Vide : 162.

178) Drozo.

Nunquam exstitit juxta Catal. episc.

197) Foerla.

Recte Türje. Vide : n. 667.

223) Garáb.

Ordo Praemonstratensis habebat in Hungaria unam tantum praeposituram Garáb, in hon. S. Huberti — per Mikud, tempore foundationis praepositum in Fejérvár, postea episcopum in Győr — a. 1171. fundatam

in comitatu de Nógrád, in diœc. Esztergom, quae
vigebat usque ad saec. XV.

Anno 1281. habet filiam, Kőkényes.

Karácsonyi J. : Ki építette az első premontrei monostort
Magyarországon. (Turul. 1927. 1-3).

Analecta Praem. 1928. 85-88.

Catalog. episc.

A vácsi egyházmegye történeti névtára. I. 84.

Balics : II. 2. 263.

Ortvay : II. 790.

Hóman : Magyar Történet. I. 84.

Fejérpataky Emlékkönyv : 96-97. Bp. 1917.

208) Gajdel.

Recte Gedirmonostor. In comitatu Solt, in diœc. de
Kalocsa. Praeter existentiam nihil de eo scitur.

Cat. episc.

Fuxhoffer-Czinár : II. 16.

Rupp : III. 34.

Ortvay : II. 773 et 781.

267) Horpács.

In comitatu Sopron, in diœc. Győr, prope civitatem
Sopron. Medio aevo monasterium canonicorum super-
pelliceatorum S. Augustini ; ab anno 1718. praepositi
de Túrje, dein Csorna utuntur titulo u. a. hodiernum
diem.

Némethy Lajos : A márcfalvi prépostság. (Századok. 1900
434).

Stessel József : A márci prépostság és a horpácsi mo-
(Századok. 1901. 146).

Fuxhoffer-Czinár : II. 21.

Rupp : I. 475.

Balics : II. 2. 264.

Ortvay : II. 799.

nostor. (Századok. 1901. 146).

268) Saec. XV. et Nagyháttan nominatur. Monasterium huius nomi-
nis unicum, fundatum in hon. B. Margaretae Virg. et martiris,
in Comitatu Heves, in diœc. Vác floruit u. a. saec. XVI. Anno
1521. memoratur eius praepositus, anno vero 1544 civitatem
Háttan occupant iam Turci.

Fuxhoffer-Czinár : II. 19.

Rupp : I. 701.

Balics : II. 2. 263.

A váczy egyházmegye történeti névtára. 1. 78.

Obituarium Praem. (c. Wafelghem : Répertoire 118).

Catalog. episc.

269) Hatvan.

Idem, ac prius.

275) Nyulakszigete.

Monasterium S. Michaelis in insula, hodie Margitsziget nominata in Budapest, in dioec. Esztergom, initio saec. XIII. verosimiliter per Andream II. regem Hungariae fundatum floruit adhuc saec. XVI., u. a. annum 1528-1541., quo tempore Buda per Turcas occupata erat.

Fuxhoffer-Czinár : II. 33.

Rupp : Buda és Pest környékének helyrajzi története. 58-62. Pest. 1868.

Balics : II. 2. 271.

Radványi Imre : Margitsziget. Bp. 1858.

Károly J. - Nyirák : Emlékkönyv a székesfejérvári püspöki megye százados ünnepére. Székesfehérvár. 1877. 220-231.

Hóman : Magyar Történet. II. 184.

Fraknói-Lukcsics : A veszprémi püspökség római oklevéltára. Bevezetés. 56.

Timár : Premontrei kodevek. 5.

Catal. episc.

278) Ile de S.-Lazare.

Monasterium talis nominis nunquam existerat in Hungaria.

Catal. episc.

279) Ile de S.-Brigitte.

Nunquam existit.

Catal. episc.

287) Inged.

Nomen corruptum pro Szeged. Vide : 494.

289) Irania.

Nihil scitur de eo.

290) Isagrabia.

Nihil scitur de eo.

292) Isidó.

Recte Zsidó. Vide : n. 628 et 611.

295) Jánoshida.

Praepositura in hon. S. Johannis Bapt., juxta fluvium Zagyva, olim in comitatu Pest, saec. XV. in Külső-Szolnok, postea in Heves, nostris diebus in comitatu Jász-Nagy-Kun-Szolnok, in dioec. Vác. Prima eius mentio exeunte saec. XIII. fit. Usque ad annum 1689. confertur dignitariis ecclesiasticis, ab anno 1689 usque ad abolitionem Ordinis in Hungaria a. 1784 pertinet ad abbatiam de Obrowitz, anno vero 1802. adiungitur praepositurae de Csorna.

A váczy egyházmegye történeti névtára. I. 80.

Fuxhoffer-Czinár : II. 43-44.

Balics : II. 2. 264.

Ortvay : II. 792.

Csánki D. : Magyarország történeti földrajza. I. 29.

Zák : Das Chorherrenstift Pernegg. 149. Wien. 1900.

296) Jászó.

Praepositura in hon. S. Johannis Bapt. initio saec. XIII. fundata possidetur ab Ordine Praem. u. a. a. 1552, deinde tenent saeculares, praesertim episcopi de Eger. Anno 1700 Praemonstratenses sibi recuperant monasterium, et tenent — annis abolitionis Josephi II. abstractis — usque ad hodiernum diem, ab anno 1802. cum praeposituris Lelesz et Váradhegyfok unitum.

Tóth-Szabó Pál : Oklevelek a kegyuri jog történetéhez. (Tört. Tár. 1903. 99-117).

Tóth-Szabó Pál : Jászó a főkegyurijog történetében. (Századok. 1905).

Tóth-Szabó P. : Nagy Lajos és a jászai konvent. (Századok. 1905. 574).

Tóth-Szabó P. : A jászai konvent, mint hittelehely a középkorban. (Turul. XXI. 110).

Pór Antal : Nagy Lajos király és a jászai konvent (Századok. 1905. 374).

Farkas Róbert dr. : A jászóvári kanonokrend története a visszaállítástól napjainkig. (Jubileumi Névtár. 1802-1902). Bp. 1902.

Fuxhoffer-Czinár : II. 22-32.

Rupp : II. 130-140.

Balics : II. 2. 264-268.

Tóth-Szabó P. : Szatmári György primás. Bp. 1906. 184 ss

Hermann E. : Andreas Sauberer. *Analecta Praem.* 1926. 357-378.

304) Juvantia.

Nihil scitur de eo.

306) Kaposfő

alias Szentbenedek. Praepositura in hon. S. Benedicti in comitatu Somogy, in dioec. Veszprém a. 1252 per Moys et Alexandrum, filios Moys palatini fundata erat. Ultimus eius praepositus a. 1551 iam in monasterio de Túrje vitam degit.

Analecta Praem. 1930. 160-166.

Fuxhoffer-Czinár : I. 308-309.

Balics : II. 2. 178.

Ortvay : II. 796.

Rupp : I. 298.

Fraknoi-Lukcsics : A veszprémi püspökség római oklevéltára. Bevezetés. 151 et lexikographi.

Catal. episc.

323) Landek.

Praepositura S. Nicolai canonicorum S. Sepulchri (cruciferorum) olim in Keresztkomlós, anno 1312. transfertur in possessionem Landek, in comitatu Szepes.

Catal. episc.

Rupp : II. 193.

Csánki : I. 261.

336) Lelesz.

Praepositura S. Crucis de Lelesz, in comitatu Zemplén, in dioec. Eger fundata erat sub fine saec. XII. per Boleslaum episcopum in Vác. « Anno 1569 conventus desit esse Praemonstratensium et exinde u. a. a. 1699. praelati saeculares . . . administrabant monasterium . . . anno 1699 Praemonstratenses . . . sibi recuperaverunt. Et tenent eam ex illo tempore — annis abolitionis Josephi II. abstractis — usque ad hodiernum diem... », ab anno 1802 cum Jászó-Váradhegyfok praeposituris unitam.

Fuxhoffer-Czinár : II. 36-41.

Rupp : II. 297.

Balics : II. 2. 268.

Zák : Das Chorherrenstift Pernegg. 146 ss.

Analecta Praem. 1930. 168-183. (extractum dissertationis
D. Kumorowitz in Turul 1928. proditae).

356) Magodlin.

Nunquam fuit monasterium in Hungaria juxta Catal.
episc.

367) Majk.

Praepositura in comitatu Komárom saec. XIII. fundata
vigeat u. a. saec. XVI.

Bossányi Arpád : A majki prépostság története.

Fuxhoffer-Czinár : II. 44.

Rupp : I. 495.

Balics : II. 2. 269.

Ortvay : II. 787-788.

Catal. episc.

394) Móríczhida.

Monasterium S. Jacobi in comitatu diöcesique Györ,
prope civitatem Györ, iuxta fluvium Rába. In mona-
sterio, saec. XIII. fundato canonici Ord. Praem. habi-
tabant u. a. a. 1530-1540, deinde moniales eiusdem
Ordinis ; quibus circa a. 1553 in Vásárhely, postea
Wienerneustadt in Austria, postremo in Wien in mo-
nasterium Himmelspforte fugientibus, monasterium in
manibus saecularium inventum est.

Rómer Flóris : Arpás és a móríczhidai Szt. Jakabról c. pré-
postság. (Györi Tört. és Rég. füzetek. II. 225, 358, III.
31., IV. 383 ss.).

Fuxhoffer-Czinár : II. 46.

Rupp : I. 498.

Balics : II. 2. 270.

Ortvay : II. 783.

Tímár K. : Premontrei kódexek. 9. (Kalocsa. 1924).

417) Ocsa.

Recte Ocsa. Vide : n. 422.

422) Ocsa.

Monasterium B. M. V. saec. XIII., ante annum 1240
fundatum in comitatu Pest, in diöec. Vác u. a. saec.
XVI. florebat.

Fuxhoffer-Czinár : II. 48.

Balics : II. 2. 273.

Rupp : III. 284.

Ortvay : II. 803.

Zichy okmánytár : I. 5. (1240).

442) Pók.

Monasterium in hon. S. Stephani regis in comitatu diocesisque Győr, ante a. 1251 fundatum per comitem Móricz de genere Pók, ignotum est nobis ultra saec. XIV.

Balics : II. 2. 273.

Ortvay : II. 784.

Karácsonyi J. : A magyar nemzetségek. II. 436, 446.

Catal. episc.

446) Raducium.

Nomen corruptum pro Rátót.

448) Rátót.

Monasterium in hon. B. M. V. in comitatu et diocesi Veszprém per Mathiam, archiepiscopum Strigoniensem de genere Rátót inter a. 1206-1241 fundatum in manibus saecularium inventum erat circa a. 1550.

Fuxhoffer-Czinár : II. 50.

Rupp : I. 321.

Balics : II. 2. 275.

Ortvay : II. 812.

Békefi Remig : A Balaton környékének egyházai és várai. 223.

Egyháztörténeti Emlékek : V. 461.

Zák : Das Chorherrenstift Pernegg. 146.

450) Rajk.

Monasterium in hon. B. M. V. in comitatu Zala, in dioc. Veszprém fundatum erat per Csák I., banum de genere Buzád-Hahót saec. XIII. ante annum 1274. Circa a. 1550 in manibus saecularium perventum est.

Fuxhoffer-Czinár : II. 49-50.

Balics : II. 2. 274.

Ortvay : II. 815.

Rupp : I. 320.

Analecta, VII. 65 ss.

464) Rothenitz.

Nunquam exstiterat iuxta Catal. episc. Notum est autem monasterium similis nominis : Rahontza, quae ad ordinem Cisterciensium pertinere dicitur.

Juhász K. : Die Stifte der Tschanader Diöcese in Mittelalter. Münster in Westfalen. 1927.

474) Ság.

Praepositura in hon. B. M. V. in comitatu Hont, in dioec. Esztergom iuxta fluvium Ipoly, saec. XIII. inter a. 1224-1234 per Martinum banum de genere Hont-Pázmány fundata erat. Ultimo eius praeposito Francisco Fegyverneki a. 1537 mortuo, in possessionibus monasterii saeculares sequuntur.

Anno 1445. paterabbas fuit in Bény.

Fuxhoffer-Czinár : II. 53-56.

Rupp : I. 175.

Balics : II. 2. 275-277.

Turul. XXIII. 80-81.

475) Sadio.

In appendice II. Sadium, nobis ignotum est.

476) Sagha.

Hoc monasterium nunquam existebat, secundum Catal. episc.

478) Saint-Abraham,

recte Erábrány. Praepositura B. M. V. in comitatu Bihar, in dioec. Nagyvárad memoratur saec. tantum XIII.

Bunyitay : A váradi egyházmegye története. II. 404-408.

Fuxhoffer-Czinár : II. 3.

Rupp : III. 253.

Balics : II. 2. 270.

Ortvay : II. 776.

Catalog. episc.

494) Saint-Esprit,

recte Szeged, conventus monialium, in comitatu Csongrád, in dioec. Csanád. Prima mentio huius monasterii a. 1511 legitur, ultima a. 1516.

Szegedi Szemle. 1930. 24.

Timár K. : Prémontrei kódexek.

Antiphonarium a. 1516. scriptum per sororem Marta : in Szombathely, in Bibliotheca Ord. S. Francisci no. 6264.

497) Saint-Etienne du Promontoire,

alias Váradhegyfok. Praepositura in hon. S. Stephani prothomartiris exeunte saec. XII. fundata in comitatu Bihar, in dioec. Várad saec. XV (a. 1482) amittitur ab ordine. Recuperata a. 1705. per abbatem Pernecensem praepositura possidetur ab Ordine u. a. annum abolitionis 1787. Anno vero 1802 unitur cum Jászó et Lelesz.

Bunyitay V. : A váradi egyházmegye története.

Fuxhoffer-Czinár : II. 64-66.

Rupp : III. 118.

Balics : II. 2. 280-282.

Nátafalussy K. : A szt. István első vértanuról címzett
várადhegyfoki prépostság története. (Jászói schematiz-
mus. 1872).

Tört. Tár. 1899. 252.

520) Saint-Ladislav de Zemlen.

Incognitum est.

522) Saint-Laurent de Haj.

Capitulum collegiatum in hon. S. Laurentii in comitatu
Bács, in dioc. Kalocsa fundatum. Nunquam fuit Prae-
monstratensium, secundum.

1) Fuxhoffer-Czinár., Balics : II. 2. 68., Ortway : I. 338.

2) Catal. Episc. et Cardinalis Pázmány (praep. saec.).

3) Archivum regnicolare in Budapest, (Dl. 18.400, 18.729,
et 11.748).

4) Rupp : III. 34 et Csánki : II. 190. sine causa Praemon-
stratensium dicunt.

531) Hanta.

Nunquam fuit Praemonstratensium. « Praepositura
collegiata ecclesie S. Michaelis archangeli de Hanta »
legitur in diploma a. 1435 (Veszprém, arch. loci credi-
bilis : capsula : 7). Existebat in comitatu diocesisque
Veszprém, unitum cum archidiaconatu cathedrali de
Veszprém.

Catalog. episc.

Card. Pázmány.

Rupp : I. 464.

Balics : II. 2. 68-70.

Csánki : III. 233.

Tört. Tár. II. 57.

534) Saint-Nicolas de Chuchas.

Nomen corruptum pro Kőkényes. Praepositura sita erat
in comitatu Nógrád, in dioc. Esztergom, illo ipso loco,
ubi nunc temporis pagus Nagykőkényes situs est. Me-
moratur inter a. 1281-1368. Fundatum erat per genus
Kőkényes-Radnót.

Analecta Praem. 1927. 322-326.

538) Misle.

Juxta catal. episc. capitulum collegiatum fuit, in comitatu Abauj, in dioc. Eger. Tamen circa a. 1300. fit mentio de conventu in Misle.

Catal. episc.

Hazai Okmánytár : VII. 318.

Károlyi cs. oklevéltára : I. 29.

Csánki : I. 213. putat praeposituram esse Praemonstratensium.

543) Saint-Paul,

recte Herpály, monasterium in hon. S. Pauli in comitatu de Bihar in dioc. Várad. Cetera ignorantur.

Catalog. episc.

Bunyitay : A váradi egyházmegye története.

Fuxhoffer-Czinár : II. 52.

Rupp : III. 282.

600) Salanghen.

De hoc monasterio nihil scitur.

603) Zsámbék.

Hanc praeposituram saec. XIII. in hon. S. Johannis in comitatu Pest, in dioc. olim Veszprém, hodie in Székesfehérvár fundatam esse probant diplomata. A. 1475 occupant Paulini. Olim, saec. XIV. 20 canonici Praemonstratenses inhabitabant in eo.

Fuxhoffer-Czinár : II. 57.

Rupp : I. 245.

Balics : II. 2. 277.

Ortvay : II. 794.

Akadémiai Ertesítő. 1912. (Divald Kornél).

Lukcsics : Monumenta Romana Episc. Vesprimiensis. III. 264-267.

611) Schida,

recte Zsidó. Vide : n. 628.

614) Schlangenmund,

recte Szalánkemén in dioc. de Diakovár. Cuius ordinis fuit, ignoratur.

Catal. episc.

628) Zsidó.

Monasterium saec. XIII. iam existens, in hon. S. Blasii in comitatu Pest, in dioc. Vác fundatum, saec. XV.

quidem floruit. Ignoratur tamen ordo, ad quem pertinebat.

Catalog. episc.

A vácsi egyházmegye történeti névtára : I. 88.

Fuxhoffer-Czinár : II. 57.

Balics : II. 2. 277.

Rupp : III. 290.

Archivum regnicolare in Budapest : DL. 14.004. (1446).

637) Steinbach.

Monasterium huius nominis nunquam existerat in Hungaria secundum Catalog. episc.

—— Szentkereszt,

alio nomine Francavilla seu Nagyolasz. Hanc abbatiam in hon. S. Crucis post a. 1171, saec. tamen XII. fundatam, filiam Regiavallis invenies in comitatu Szerém, dioc. olim Kalocsa.

Sörös P. : Az elenyészett bencés apátságok. Bp. 1912. 431. Századok. 1927. 460-461.

Analecta Praem. 1930. 363. ss.

652-653) Turócz.

Fundatum est medio saec. XIII. ante a. 1252 per Béla IV., regem Hungariae in comitatu de Turócz, in dioc. Esztergom, abolitum est a. 1550 mortuo Uriel de Majthényi, ultimo eius praeposito.

Századok. 1921. 598.

Századok. 1896. 560.

Szentpétery : Regesta Regum Stirpis Arpadianae : I. 979.

Fuxhoffer-Czinár : II. 58-62.

Rupp : I. 673-683.

Balics : II. 2. 278-280.

Ortvay : II. 807-808.

Egyháztörténeti Emlékek : IV. 387-389.

666) Türe.

Nomen corruptum pro Türje. Vide : n. 667.

667) Türje.

Monasterium B. M. V. medio saec. XIII. circa annum 1240 per Dionisium banum de genere Türje in comitatu de Zala, in dioc. Veszprém fundatum, circa a. 1560 in manibus saecularium, anno 1704 per Franciscum de Schöllingen, abbatem Pernecensem recuperatum, anno vero 1786 abolitum, anno 1802 adiungitur

praepositurae de Csorna-Horpács-Jánoshida.

Fuxhoffer-Czinár : II. 62-63.

Rupp : I. 340.

Balics : II. 2. 278.

Ortvay : II. 815-816.

Zák : Das Chorherrenstift Pernegg (Passim).

Hóman : Magyar Történet I. 393 et II. 184.

Csornai Névtár. 1870. 20-22.

684) Vásárhely.

Fundatio regia saec. XI. pro monialibus ord. S. Benedicti, in comitatu et diœc. Veszprém, a. 1511, datur canonissis Ord. Praem. ex monasterio S. Spiritus in Szeged venientibus. Quibus circa a. 1560 fugientibus possessiones monasterii deserti donantur per Rudolphum regem a. 1600 monialibus de Veteri Buda (Obuda) in Pozsony degentibus.

Lukcsics P. : A vásárhelyi apácák története. Veszprém. 1923.

Századok. 1924. 722.

Urbarium eiusdem : Tört. Tár. 1903. 414-419.

Ordinarium (a. 1518-1519) in Magyar Nyelv. 1921. 149-151.

Timár K. : Prémontrei kódexek. 26. Kalocsa. 1924.

724) Zarn,

nomen tantum corruptum pro Jászó. Nam :

Waefelghem : 330. p.

« Situé au diœc. de Kalocsa, en Hongrie. — Circ. de Hongrie, fil. de ... ? — Fondé au XII. siècle par Vladislas (II ?), roi de Bohême ».
et citat : Hugo : 1183.

Hugo : 1183. scribit :

« Diœc. Colonensis Praepositura, ab Uladislao Hungariae rege data, et ad dotem concessa fuit episcopo Quinqueecclesiensi. De hac et aliorum trium Monasteriorum alienatione facta in Consulum et civitatum favorem flebiliter conquerebatur Capitulum Generale anni 1516 ... »

Revera :

- 1) II. Vladislaus dedit jus patronatus super praeposituram de Jászó episcopo Quinqueecclesiensi (de Pécs) Georgio Szatmári et per eum civitati Kassa,

2) eo tempore alienati sunt per reges tria monasteria Ord. Praem.: Csut, Váradhegyfok, Zsámbék.

3) II. Uladislaus regnavit : 1490-1516.

726) Zegedinum.

Recte Szeged ; vide : n. 494.

729) Zutbeneliz.

Recte Szentbenedek, alis Kaposfő. Vide : n. 306.

Ad historiam monasteriorum componendam utebar sequentibus operibus :

- 1) « Registrum (Catalogus episc.) titulorum abbatiarum et praepositarum ». Manuscriptum ad usum Episcopatus Hungarici, anno 1922 conscriptum auctoribus Remigio Békefi, abbate in Zirc, olim professore Universitatis, Francisco Kollányi et Josepho Lukcsics historiographis.
- 2) diplomatoria et diplomata inedita.
- 3) opera hungarica quae nostram materiam respiciunt historica, quae auctori propter difficultatem linguae incognita manebant, et quae in bibliothecis extra Hungariam sitis reperiri vix potuerint.

Szombathely, 1930. szept. 21.

A. T. HORVATH